

LEONHARTI FUCHSII

Indurantia.

Indurantia medicamenta, Græcis ἐνδύρωνa nominata, Galeno lib. 5. de Simplic. medic. facil. cap. 9. teste, viribus sunt frigida & humida, veluti, portulaca, psyllium, lenticula palustris, semperiuum, & solanum. Siquidem concretione, non vacuatione, propriè loquendo, durum aliquid efficitur.

QVAE SVPPVRANT.

Caput LXI.

*Suppuratia.
Suppuratio.*

Suppurantia siue pus mouentia medicamenta Græcis ἐπυρετα dicta, sunt quæ humorem tumores præter naturam excitantem, & carnem contusam, in pus vertunt. Hæc cognatum ac simillimum corpori cui admouentur, & ipsa immutanti, calorem obtinent. Sunt etiam mediocriter humida, ita nimirum, ut ne caugeant, nec minuant naturalem eius partis cui admota sunt humiditatem, ut lib. 5. de Simplic. medic. facil. cap. 5. testatur Galenus, quod saltem manifestum sit, & sentiri queat, sed aliquid excrementi in vacuis spacijs contenti discunt. Talia sunt, althæa, aqua temperata, adeps porcinus, vitulinus, butyrum, crocus, cera, foenumgræcum, farina lolij, bryonia radix, capitaliliorum alborum, hordei farina, tritici farina, ladanum, lini semen, mastiche, cœlypus, pīx, thus, resina, fucus, styrax, stichas, & smyrnum.

QVAE CRVSTAS EFFICIVNT,

& adurunt.

Caput LXII.

*Crustas effi-
cientia.*

Adurentia.

Medicamenta quæ admota corpori crustas efficiunt, Græcis ἔχεοντα nuncupantur, & καυεινά, id est, adurentia. Hæc in quarto ordine sunt calida, & consistentia crassa, ignisq; instar, & cauterij ritu corpus colliquant, crustasq; excitant. Qualia sunt, allium, æs vstum, auripigmentum, cantharis, cínis, præserfum, flicula, calx víua, chalcanthum, chrysocolla, pyrethrum, sinapi.

QVAE PUTREFACIVNT.

Caput LXIII.

*Putrefaci-
entia.*

*Putrefaci-
entia propriæ
naturæ.*

*Carnem im-
minuentia.*

Putrefacientia medicamenta Græcis ὀπῆσικa vocata, sunt quæ carnem, mollem maximè acteneram, tum liquare, tum colliquare possunt, idq; absq; dolore, ut sunt arsenicum, chrysocolla, dryopteris, pityocampe, aconitum, & sandaracha. Ex ijs sunt quæ propriè putrefacientia nominantur, quæ scilicet cum foetore corrumpunt. Inter putrefacientia recensentur, quæ Græcis καθαριζόμενa, latinis detractoria, aut carnem imminuentia, quod nimirum extimam superficiem detrahant, & carnium excrecentiam imminuant & absument, vocantur. Imbecilliora enim sunt quam quod in altum subire valeant. Cuiusmodi sunt asæ petræ flos, æris squama, æs vstum non lotum.

QVAE CICATRICEM INDVCVNT, ET
glutinant, carnemq; generant.

Caput LXIII.

*Cicatricem
inducentia.*

Cicatricem inducentia, Græcis ἐπιστηκa nominata, Galeno lib. 5. de Simplic. medic. facil. cap. 15. autore, sunt propriè loquendo, quæ cutem cōtrahunt, constringunt, cōstipant, densant, præterea siccāt, & calli instar indurant. Differunt

tant ab ijs quæ Græcis στραγγίκα, latinis glutinantia dicuntur, quod hæc minus *Glutinantis*, quam illa siccant. Nam in glutinandis ulceribus siccandum solum quod præter naturam confluit, quo nimis laborans particula superuacuis vacet. In cicatrice autem ducenda, non modo quod confluit, verum etiam humor qui in ipsa carne continetur, est consumendus, ut scilicet caro in cutis similitudinem mutetur, quæ carne multo aridior existit. Carnem verò generantia, quæ Græcis *Carnem generantias* dicuntur, ijs omnibus minus in primo quidem ordine siccant, & modice sineq; morsu detergunt, quemadmodum copiosius lib. 3. Ther. method. cap. 4. & 5. Galen. docet. Leuiora sunt thus, aloë, colophonia, hordei farina. Veherentiora, aristolochia, cadmia, erui farina, iris. Sarcotica verò nominantur nō quod carnem restituant, sed quod naturam, quæ carnis generandæ opifex est, in procreanda carne iuuent. Cæterū glutinant, & cicatricem inducunt quæ sequuntur, aloe, alumen, amyrum, aristolochia, althæa, anagallis, bolus armeni, balaustium, centaurium, chamædrys, chamæpitys, cadmia, corallium, dracontium, equisetum, eupatorium, ebulus, æs vstum, gummi acaciae, gentiana, glans, gypsum, iris illyrica, isatis, lolium, lycium, myrtus, myrrha, lithargyrum, palmulæ, plantago, pentaphyllum, pumex, plumbum elotum, perfoliata, papyrus vsta, symphytum maius, sanguis draconis, sarcocolla, spongia, terra lemnia, thus, tormentilla, testaoui, verbenaca.

QVAE VRINAS MOVENT.

Caput LXV.

VRINAM mouentia, Græcis θρυσικά vocata, ex acrīum sunt genere, ut lib. 5. *Vrinam mouentia*. de Simpl. medic. facul. cap. 12. testis est Galenus, ac proinde calida & sicca: præterea quod in sanguine aqueum tenuerat ac serosum est, segregant. Cuius sanè generis sunt apij semen, ammi, asarum, acorum, dauci semen, fœniculi, betonica, radix asparagi, polium, meum, seseli, phu, smyrnium, & omnia ferè quæ menses cident.

QVAE MENSES CIENT.

Caput LXVI.

MENSES cidentia medicamenta ab ijs quæ vrinam mouent, differunt, quod *Menses ci-* minus siccant. Ea sunt eiusmodi. Asarum, amomum, aristolochia, abro-*entia*. tonum, acorum, adiantum, absinthium, artemisia, anisum, asphodeli radix, ami- mi, brassica sativa, bryoniæ radix, betonica, cypari radix, calfa, cinnamomum, costum, cicer, calamus odoratus, castorium, capparis, centaurium maius & mi- nus, chamaemelum, calaminta, chamædrys, cassia, cyclaminus, dictamnus, daucus, gingidium, fœniculum, eryngium, eleborus vteriq; galbanum, hele- nium, hypericum, heliochrysus, iuncus odoratus, iris, lili radix, leucoion, la- serpitium, maiorana, marrubium, myrrha, melissophyllum, nasturtium, nigella, opopanax, origanum, ocimum, pulegium, piper, polium, petroselinum, pæ- onia, ruscus, ruta, radix rubiae, rosmarinus, smyrnium, salvia, sabina, sagape- num, seseli, serpyllum, scordium, styrax, thlaspi, trifolium, staphylinus, vrtica, vitex, phu, thymus.

QVAE MENSES SISTUNT.

Caput LXVII.

SIstunt menses omnia quibus adstrictoria inest facultas, præsertim acacia, an-*Sistentia* thera, balaustium, bursapastoria, coagulum leporis, fragaria, hypocisthis, cornu menes- cerui-

ceruinum, hyoscyamus, lycium, lapis haematites, limonium, lysemachia, myrtus, nymphalutea, paeoniae semen, calyces glandium, rubus, oxyacantha, semperium, symphytum, solanum, thus, vua passa cum nucleis.

QVAE LAC ET SEMEN GENERANT.

Caput LXVIII.

Lac gene-
rantia.Semen gene-
rantia.

Extinguētia.

Dolorem mi-
tigantia.Somnifera.
Stupefac-
entia.άλεξιτήρια,
άλεξιφράγματα.

LAc generant quæ mediocriter calefaciunt, Galeno lib. 5. de Simpl. medic. facul. cap. 20. teste, & exiccat. Quævero plus quam expeditat calefaciunt, quæcumque immodecum desiccant aut refrigerant, partim qualitatem sanguinis virtutem, partim ipsum minorem ac pauciorum reddentia, lac prouenire prohibent. Lac autem dignunt, partim alimenta, partim medicamenta. Alimenta quæ boni sunt succi, & mediocriter calida & humida. Medicamenta, quæ pituitosos succos excalefacentia in sanguinem conuertunt. In lactis itaque procreatione sanguinis contemplandus venit. Si enim is paucus est, vniuersam virtutem rationem excalefacentem & humectantem esse oportet. Si deterior, siquidem biliosus fuerit, primum purgationem desiderat, mox virtutem iam dictum. Sive vero pituitosior, medicamenta requirit excalefacentia aut primo, aut secundo ordine, non tamen desiccantia. Inter ea potiora sunt quæ non tantum sunt medicamenta, sed & nutrimenta, veluti eruca, fœniculum, & anethum, virientia adhuc. Huius generis est smyrnum, apium, sium, & polium. Cæterum semen generant cibi qui bene nutriunt, & flatuosi sunt, totisque substantijs familiares: medicamenta verò flatuosa, & calida, ut bulbi, cicer, rabæ, polypodes, conus, scincus, satyrion, lini, semen, & eruca. Extinguunt contraria, desiccantia, refrigerantia, & quæ totis substantijs sunt contraria, ut ruta, agnus, nymphæ.

QVAE LENIVNT DOLOREM.

Caput LXIX.

Dolorem lenientia & mitigantia, Græcis οὐνωνα, καὶ ταργησμα τοῖς πραιτίναι appellata, sunt quæ primo ordine calefaciunt, ac tenuissim partium existunt, ut anethinum oleum, chamælinum, chamælum, fœnum græcum, linum, panis calidus, adeps anserinus, gallinaceus, suillus, vitellus oui. De quibus plura lib. 3. cap. 4. dicemus, ut non sit opus de illis hoc loco copiosius tractare.

QVAE STUPEFACIVNT.

Caput LXX.

Medicamenta Græcis οὐνωνα, id est, soporifera, & insomniaca, hoc est, stupefacentia, dicta, sunt quæ corpus nostrum refrigerant, & sensum eosque obstupefaciunt, ut si paulo liberalius ebibantur, mortem afferant, ut opium, cicuta, mandragora, papaver, solanum, hyoscyamus, & id genus alia, de quibus loco paulo ante indicato fusius agemus.

QVAE VENENIS RESISTVNT.

Caput LXXI.

QVæ venenis aduersantur & resistunt, Græcis άλεξιτήρια καὶ άλεξιφράγματα nuncupantur. Sunt tamen qui priuatim ea quæ venenatarum bestiarum iictus aut venena sanant, άλεξιτήρια nominent: ea verò quæ deleterijs medentur, άλεξιφράγματα. Horum quidem medicamentorum duplex est natura, ut lib. 5. Simpl. medic. cap. 17. Galen, testatur. Si quidem quedam alterant, quedam verò vacuant ex labore.